



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

Haimo <Altissiodorensis>

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1551

VD16 H 222

Cum subleuasset oculos Iesus, & Ioh. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39335

laudabiles. Postquam enim mulieres eorum legē
virili uti cœperunt, quas Amazonas primitus asse-
runt appellatas, totā Asiā contra naturā subijci-
entes, sic contigit, ut & uiricanum more rabidi effi-
cerentur, immanes, syluestres, inculti plus quam
barbari intantum, ut immutati ad carnem huma-
nam uescendam imbuerentur. Quid mirum, cum
& ipsi Romani longe alij fuerint, quam nunc sint.
Nam & mulieribus eorum castitatis causa uini
usus incognitus fuit, sicut nunc aquæ. Intantum
enim ugebat disciplinæ autoritas, ut subiectum
nas non faceret quod uolebat.

DOMINICA XXVI. POST PEN-
tecosten. Iohannis VI.

In illo tempore Cum subleuasset oculos
Iesus, & uidisset maximam multitudinem
uenientem ad se, dicit ad Philippum: Vnde
ememus panes, Et reliqua.

Quoties legimus dñm ex paucis panibus
multas turbas hominum pauisse, non tamē
est mirandum, quantum uenerandum. Nō
est enim mirū, quia potuit: sed potius uenerandū,
quia facere uoluit. Qui enim ex nihilo cūcta crea-
uit, nō est mirum, si ex paucis panibus multas tur-
bas pauit. Sed illud considerandum est, quod dñs
refectur⁹ turbas, prius subleuatis oculis in cælum
respexisse dicitur: Oculi enī domini in scripturis,
duplicem habent significationem, &c.

Vide dominicam Lætare in Quadragesima.